

cessaria fuerit non habetur. Discat miles in otio, quod proficere possit in bello. Animos subito ad arma non eripit, nisi qui se ad ea idoneos, praemissa exercitatione confidunt, &c. Primordia cuncta pavida sunt: & aliter timiditas non tollitur, nisi cum rebus necessariis novitas abrogatur.

43 Curent igitur Principes prudentes, ut bene monet Amibal Scotus (x), Taciti verbis inhærens, primum ipsi, otio, vilissimo domino se mancipent: deinde ne Ministri, & illi, quorum strenua opera præcipue utuntur, illud arripiant, & denique, ut in subditos omnes similis cura perveniat, ut Regnum cum dedecore amittent, vel imminuent, & variis periculis vitam exponant, quam sit certum experientur, quod dixit ille (y), qui dixit.

Præclara vendunt bona laboribus Dii,
Numquam inertem laus sequitur virum.

44 Unde Fiscus illi Romani, tanti laborem faciebant, ut de iis Latinus Pacatus (z) ita scribere potuerit: Sicagrestes Curii, sic veteres Coruncani, sic nomina reverenda, Fabricii; cum inducitur bella suspuebant, inter aratra vivebant, & ne virtus quiete languesceret, depositis in gremio Capitolini Jovis laureis, triumphales viri rusticabantur. Inde est quod accepimus datos serenibus fasces, & insas cum Curulibus suis per rura palmatas, quod agricolis Consulares, pastores que Trabeatos, & Dictatores inter armenta vestitos, &c.

45 Idemque ipsum magis adhuc ostendere voluerunt, dum Agenoriam, quæ ad agendum excitaret, Stimulum, quæ ad industriam ultro stimularet: Strenuam, quæ faceret strenuum, intra urbem, tamquam Deas, coluerunt, & sacra illis publica constituerunt. Quietem verò Deam, etsi Pacis sociam, & Felicitas agnoscerent, publicè suscipere noluerunt, sed ei extra urbem portamque Collinam, & via Labricana, ut ex Livio (a), D. Augustinus (b), & alii (c) memorant, fanum ædificaverunt, si indicantes, in benè constituta civitate, nullum omnino otium, nullam, etiam alioqui optabilem, quietem, coli permittere debere; sed egregios, atque strenuos cives, ex aliis laboribus ad alios assuescendos, disponendosque esse, ut Appius Claudius, Valerius Maximus (d) referente, aperte docebat crebrè dicere solitus: Negotium populo Romano, melius, quam otium committi. Non quod ignoraret, quàm jucundus tranquillitatis status esset, sed quod animadverteret, præpotentia Imperia citatione rerum ad virtutem capessendam excitari, nimiam quietem in desidiam resolvi. Et sanè negotium nomine horridum, civitatis nostræ mores in suo statu continuit, blandæ appellationis quædam plurimis vitii respersit.

46 De Sæctario autem studiosorum otio, & quod hoc reprehensionem non mereatur, cum mentem & ingenium potius acuat, quam hebetet, sub cotis Emblemate non malè Noster D. Sebastianus. Covarrvias hoc adjecto carmine docuit (e):


Aquesta hambre de saber rabiosa
(Tan natural al hombre) nos incita
A no pasar en torpe vida ociosa
El tiempo, cuya estima es una cosa,
I la especulacion es infinita
Que à las potencias naturales quita,
I suspende sus actos, quando calma
En la contemplacion traspuesta el alma.



EM

(x) Scot. in Tit. lib. 2. hist.
(y) Padiones od. 6.
(z) Pacat. in Paneg. pag. 4.
(a) Livius lib. 4.
(b) D. August. de civit. Dei lib. 4. cap. 16.
(c) Rosin. antiq. Rom. lib. 2. cap. 18. pag. 180. Camer. 3. rom. cap. 50. pag. 178.
(d) Valer. Max. lib. 7. tit. 1.
(e) Covarr. Embl. 19. cent. 2.

EMBLEMA LXXVIII.
SIC PRÆMIIS OMNIA FLORENT.



Fons salit irriguus. Crescunt flos, semina, plantæ,
Vernantes properat prodiga limpha dies.
Præmia fecundent Animos, reverentia recti
Orbi aderit: Virtus semina grata dabit.

COMMENTARIUS.

1 Non minus scitum, quàm tritum est illud Aristotelis (a) monitum, quod duobus veluti polis, sive cardinibus cujuslibet benè constituta Republica gubernationem moveri, civesque bonos effici, & in officio contineri docuit, penis videlicet adversus eos qui malè agerent, & præmiis, rectè se gerentibus, statutis. Cui adridens Antisthenes (b), his sublati, omnem Republicanam pessum iuram dicebat; & Ulpianus (c), præcipuum officium Legislatoris in eo consistere, ut bonos, non solum metu pœnarum, sed etiam præmiorum exhortatione efficere cupiat. Quippè quia juxta illud vulgatum Horatii (d),

Oderunt peccare mali formidine pœne,
Oderunt peccare boni virtutis amore.

2 Democritus quoque à Plinio (e) laudatus, duos tantum esse Deos constituebat Panam, & Beneficium, quæ etiam pro Diis apud Assyrios colebantur. Et Cicero (f) de suis Romanis agens, scriptum reliquit, Summum rectè factis Majores nostri præmium, plura peccatis pericula esse voluerunt; & alibi (g), nullam civitatem, nullum Imperium, nullam denique nationem potentem, ac diuturnam esse posse, quæ non æqualiter curet, ut à flagitiis retrahantur animi mortalium, & simul etiam ad virtutem, & præclara facinora, gloria, præmiis, & honoribus propositis, incitentur.

3 Quem locum, licet Ciceronem non laudet, egregiè prosequitur Natalis Comes (h), post Dionem Pruseum (i), qui longissimam de hoc argumento orationem scripsit, & aliis similibus adductis, Simancas (k), & ceteri Politici Scriptores (l) passim illustrent, & lex nostra (m) Partitæ his verbis adumbrat: E con estas dos cosas se endereza el mundo, haciendo bien à los que bien facen, é dando pena, é escarmiento à los que lo merecen, &c.

Idem-

(a) Aristot. 1. Ethic. cap. 5.
(b) Antisth. apud Laert. lib. 6.
(c) Ulpian. in 1. 1. D. de just. & jur.
(d) Horat. lib. 1. & 16.
(e) Plin. lib. 2. cap. 7.
(f) Cicero. pro Cluent.
(g) Idem lib. 3. de nat. Deor.
(h) Natal. Com. in Myster. lib. 7. in prin.
(i) Dion. Prus. orat. 3. per tot.
(k) Simanc. de Rep. lib. 9. cap. 20. & 22.
(l) Bobad. in Polit. lib. 1. cap. 5. num. 3. & lib. 4. cap. 2. num. 66. Saaved. Empr. 23. & plures alii apud Me. 2. tom. lib. 2. cap. 4. ex num. 57. cap. 30. num. 30. & 76. & lib. 3. cap. 19. num. 39.
(m) L. 3. tit. 1. p. 1. ad fin.

4 Idemque Nobis viam aperit & sternit, ut quoniam in superioribus adeo latè de cura & studio Principum in sontibus plectendis tractavimus, nunc etiam eandem, in benemerentibus de se, ac Republica remunerandis, adhibere debere, commoneamus, ultra ea, quæ jam supra (n) de dishonestis bonis Consiliariis, & Magistratibus scripta reliquimus. Nam ut valde ad rem nostram Rex Noster Alphonsus X. in quadam ex suis legibus (o) inquit: *La justicia no es tan solamente en escarmentar los malos; mas aun en dar galardón por los bienes: è demàs desto, nace tambien otro pro, ca dá voluntad á los buenos, para ser todavia mejores, è á los malos para emendarse.*

5 Quod etiam agnoscens Cassiodorus (p): *Indiscreti (inquit) hominum mores confusique vagarentur, si aut culpa formidinem, aut virtus præmium non haberet.* Et Libanius (q) scribens: *Æquum non esse improbitatem castigare, & probitatem negligere, neque ex dimidio tantum, quod justum est facere, majoremque ex hoc, quam ex illo utilitatem in bonum publicum redundare.*

6 Rectissimè quidem omnes, quia, ut præmonuit Seneca (r), ut injusti judicis est, negligentem non corripere; ita & benè agentem non remunerare. Quoniam honores, & præmia ad insignia quæque non corripere; ita & benè agentem non remunerare. Quoniam honores, & præmia ad insignia quæque facinora mirificè, velut stimulis, homines impellunt, faciuntque ut difficilia, & periculosa, & ardua omnia, levia, & plana, & facilia videantur, sicut è contrario, ubi fores occultæ sunt virtutibus, illæ necessario vitii, & sceleribus patent, & vel spontè ad præclara quæque in studio, & stadio virtutis currentes, & anhelantes, infrigidantur. Et ut ait Scipio Admiratus (s): *Ad deteriora homines incitantur, sumpto videlicet eo argumento, quod si bona opera non remunerantur: ergo neque mala punientur.*

7 Unde idem Cicero (t): *Honos (inquit) alit artes, omnesque accenditur ad studia gloria.* Cujus dictum ita verum visum est, ut inter Adagia numerari meruerit, ubi Erasmus (u) alia similia congestit, omisso tamen Livio (x), non minus verè quam eleganter inquit: *Ed impendi laborem, ac periculum, unde emolumentum, atque honos sequeretur, nihil non aggressuros homines, si magnis conatibus, magna præmia proponantur.* Magnos animos, magnis honoribus fieri. Et Plutarcho (y), qui de præmiis militariibus agens, sic habet: *Spiritus militares, animique ardores Dux ipse excitat atque alit, quando honores, & bona largiens ostendit, se non jus luxus, aut voluptatis gratia, bello divitiis parare; nec illas opes, seu communia virtutis præmia apud se recondi, sed in hoc tantum ipsam esse dicitem, ut militibus præmia dare valeat.*

8 Plinius (z) quoque Junior, eximie suum laudat Trajanum, quod Non præis malorum, sed bonorum præmiis bonos fecerit, juventutemque accenderit, & animos erexerit ad æmulandum, quod laudari videbat. Nec fuit quisquam, quem non hæc cogitatio subiret, cum sciret, quidquid à quoque in provinciis benè fieret, omnia Imperatorem rescire, & bonis omnibus, quas virtute dignitates, offerri, honorisque, & gloria campum patere.

9 Et pluribus aliis relictis, nullus magis hanc præmiorum efficaciam, & necessitatem, pro omnibus Republicæ functionibus, expressit, & sæpius, curam, quam Principes in illis distribuendis habere debent, reperit, quam Cassiodorus (a). Nam in quadam epistola dixit: *Nutrient præmiorum exempla virtutes. Neque quisquam est, qui non ad morum summa nitatur ascendere, quando irremuneratum non relinquitur, quod conscientia teste laudatur.* Et in alia (b), *Principalis propositi esse debet, honestos labores palma remunerationis ornare, ut vicissitudine, qua procecti gaudent, desides mordeantur, sibi que imputare possint, quod clementissimis temporibus, judicii Principalis præmia non merentur.* Et rursus in alia (c): *Certantes (inquit) in stadio numerosior corona glorificat: Olympicos curus frequens palma nobilitat: sic vel in rebus levibus gloriosior efficitur, cui frequenter præmia referuntur.* Et denique in alia (d), hunc præmiorum honorem, adeo necessarium Romanis visum commemorat, ut nec strenuè laborantibus animalibus negaretur, sic inquit: *Tribuenda est justis laboribus compensatio præmiorum, quia exprobrata milita creditur, que irremunerata transitur. Athletam populis palma designat esse victorem. Sudores bellicos Civica corona testatur. Expectant etiam equos præmia sua: & tanta justitiæ vis est, ut nec illis tardius detur laboribus pretium, qui sentire non poterant denegatum. Quod si ita est, dignum hoc homini reddere, qui per honesta cognoscitur studia placuisse.*

10 Cujus doctrinæ rationem idem ipse Cassiodorus alibi (e) expressit, inquit, quod *Quamvis proprio fruatur honore, quod est natura laudabile; nec desint probatæ conscientie falces, cum generant animo dignitates; adhuc tamen non potest credi virtus, que sequestratur à præmio.* Quod valde convenit cum præclaro illo apophthegmate Catonis apud Plutarchum (f), dum dixit: *Juventuti auferrè studium*

(n) Ego sup. Embl. 53.

(o) L. 2. tit. 27. p. 2.

(p) Cassiod. lib. 9. epist. 22.

(q) Liban. declam. 31.

(r) Senec. de benefic. lib. 1.

(s) Admirat. lib. 2. dissert. polit. cap. 7. in fin.

(t) Cicero. 1. Tuscul.

(u) Erasm. in hoc Adag. pag. 743.

(x) Liv. decad. 3. lib.

(y) Plutarc. in vita Cæsar.

(z) Plin. in Panegy. cap. 70.

(a) Cassiod. lib. 2. epist. 16.

(b) Idem lib. 9. epist. 8.

(c) Idem lib. 8. epist. 22.

(d) Idem lib. 2. epist. 28.

(e) Idem lib. 1. epist. 3.

(f) Plutarc. in Apoph.

dium honoris, quoties virtus præmiis videatur, quia ea vulgò non habetur virtus, cui non emolumentum, & bonos ancillantur.

11 Certèque, ut Horatius (g) graviter monuit,

Aut virtus nomen inane est,

Aut decus & pretium rectè petit experiens vir.

Nam ut Apostolus (h) inquit: *Qui arat, in spe debet arare; & qui triturat, in spe fructus percipiendi.* Et licet dici soleat, ipsam sibi virtutem pulcherrimam esse mercedem, nemo tamen, ut rectè Juvenalis (i) cecinit, *Illam amplectitur, præmia si tollas, quod sumerè potuit ex Ovidio (k), qui idem ipsum his admonuit carminibus,*

Non tamen irvenies multis de millibus unum,

Virtutem pretium qui putet esse sui.

Ipse decor recti facti, si præmia desint,

Non movet, & gratis ponit esse probum.

Et ab utroque, præter alios, Enodius (l), sic inquit: *Qui tollit sudoris præmium, frangit studia dimicandi. Tolle opem præda, tulisti vota certaminis. Nescio quam justus dolor de amissa laboris fruge nascatur.* Et iterum (m): *Si tollantur virtutis præmia, quem laborasse non pudeat?*

12 Quibus Publianus ille consonat Mimus,

Cum vitia prosunt, peccat qui rectè facit.

Et Xenophontis (n) in Oeconomicis doctrina, monentis, quod *Magna imminet bonis desperatio, cum ab ignavis se præmiis discretos non aspiciunt; & qui se periculis, & laboribus objiciunt, cum subterfugientibus pari ratione haberi.*

13 Quæ eadem esse videtur atque illa Euripidis (o), ita loquentis: *In hoc pereunt multa Respublica, cum qui bonus & strenuus est vir, nihil plus quam ignavis fert præmiis. Necnon & Taciti (p), dum dixit: Si nocentem innocentemque idem exitus manet, acrioris viri est, merito perire.* Et Ecclesiastici (q), qui ubi benemerentes præmiis dignis fraudari videbat, se intimum dolorem capere, his verbis expressit: *In duobus contristatum est cor meum, vir bellator deficiens per inopiam; & vir sensatus contemptus.*

Indeque Virtuti, & Benemeritis injuriam inferri, quando in moriones adulescentes, malarumque artium homines, quis magis munificus est, quam in bonos egentes, eruditos, virtutibusque insignes, Cochierus (r), Boterus (s), & alii Politici clamant, & exemplis illustrant. Et hanc præmiorum in benemerentes remunerationem, & distributionem, omnibus quidem hominibus, & præsertim Regibus, non solum civili, verum & naturali lege, ac ratione, imò & instincto quodam injunctam esse, passim jura nostra (t) proclamant, & Alexander ab Alexandro (u) post gravem dissertationem ostendit, & ante eum Seneca (x), sic ad Lucilium scribens: *Credimus nihil esse grato animo honestius. Omnes hoc urbes, omnes hoc etiam ex barbaris regionibus gentes clamant, in tanta judiciorum diversitate, defendendam benè merentibus gratiam, omnes uno ore affirmant, in hoc discors turba consentit.* Et Cassiodorus (y), qui aperto ore in eadem cura dominantium justitiam ostendi docuit, his verbis: *Remuneratio meritorum justum Dominantis prodit Imperium, apud quem perire nescit, quod quempiam laborasse contigerit.*

14 Et Rex noster Alphonsus (z), non solum à justo, & ab honesto, verum & à pulchro, hanc dispensationem in Regibus ita commendans: *Fermosa gracia es la que el Rei face por merecimiento de servicio, que aya alguno fecho, ó por bondad que aya en sí, &c.* Ubi ejusdem legis Glossographus (a), sic notanter scribit: *Pulchra est ista lex, & merito dicit pulchram gratiam, que fit in remunerationem servitorum, cum tunc non dicatur contra jus, sed potius secundum juris dispositionem. Unde tanquam beneficium est latissimè interpretanda, & in dubio non præsumitur personalis, sed realis.*

15 Cujus obligationis, eximieque utilitatis, quæ ex ea in commune bonum resultabat, evidens testimonium, ac veluti symbolum, antiquæ Græcorum urbes nobis exhibuerunt, quæ, ut Vitruvius, (b) & Dio Chrysostomus (c) referunt, vel in ludicris rebus, nobilibus Athleticis, qui Olympia, Pythia, Isthmia, Næmæavè vicissent, ita magnos honores constituiebant, uti non modo in conventu stantes, cum palma & corona ferrent laudes; sed etiam cum in suas civitates reverterentur, cum vic-

to-

(g) Horat. lib. 1. epist. 2.

(h) D. Paul. 1. Cor.

(i) Juven. saty. 10.

(k) Ovid. lib. 2. de Pont.

(l) Ennod. dist. 22.

(m) Idem lib. 4. epist. 32.

(n) Xenoph. in œcon. lib.

(o) Eurip. in Hercul.

(p) Tacit. lib. 1. hist.

(q) Eccles. cap. 26.

(r) Coch. lib. 2. Theat. polit. cap. 3. per tot.

(s) Boter. lib. 7. de illustr. cap. 8. hores. 6. de erud.

Princip. cap. 16.

(t) L. 1. de just. & jur. l. & virtutum, C. de stat. & imag. l. sed si lege, & consult. de pet. her. l. si pignore, D. de furt.

(u) Alex. 5. gen. cap. 1. Valenz. cont. 82. num. 34.

(x) Senec. epist. 28. ad Lucil.

(y) Cassiod. lib. 1. epist. 42.

(z) L. 57. tit. 18. part. 3.

(a) Gregor. Lop. in d. l. glos. 1.

(b) Vitruv. lib. 1. cap. 1.

(c) Dio Chrysost. orat. 9.

toria triumphantes, quadrigis in moenia, & in patrias invehi solerent, è reque publica, perpetua vita constitutis vectigalibus frui. Romani, qui (ut Carolus Paschalius (d), post alios recenset) tot Civicas, Murales, Navales, Obsidionalesque coronas, & varia alia præmiotum genera, publicasque Imperatorum laudationes, pro strenuè fortiterque in bello pugnantiibus excogitarunt, & denique triumphum, quo nihil unquam mortales oculi viderunt augustius (e),

Ut qui fortis erat, sit felicissimus idem; Et læti phaleris omnes, & torquibus omnes.

Carthaginenses, qui pro expeditionum numero, totidem aureis annulis suos milites exornabant, Nostrique antiqui Hispani, hæc quorum sepulchra tot columellas erigi moris fuit, quot quisque hostes neci dedisset.

16 Extantque apud D. Petr. Chrysologum (f) aliæ in eandem rem satis aptæ similitudines, dum inquit, quòd quemadmodum agricola fructus uberes, & exsatiatas epulas cantat, ut imminentem vomeris laborem non sentiat, & sudorem: nautaque portus meditatatur, & lucra, ne undarum ruinas, ne maris discrimina pertimescat: sic miles, ne vulnera metuat, nec gladios perhorrescat, prædas personat, & triumphos.

17 Janus etiam Boissardus (g) Emblema, quo demonstrat Honorem esse præmium virtutis, & ad eam valdè homines excitare, tradere volens, armatum hominem pingit, quem virtus palma donat, & fama corona, hæc carmina subdens:

Laudatos quoties Sapiens admittit honores, Præmia virtuti debita jure petit. Nutrit Honos artes, & Virtus crescit honore; Laudibus, & dignum fit sine honore nihil.

18 Achilles autem Bochius (h), ad docendum, quòd Honor onus levat: belli Ducem suam phalangem præeuntem, & in armatos hostes irruentem, depingit, ejusque labores præmii, & honoris spe levari, sic inquit:

Idem labores, haud graves Sunt Imperatori æquè, & militi; Quod ipse Honor magis leves Semper labores Imperatorum facit.

19 Et apud Octavium de Strada (i), & Sylvestrum Petrasanctam (k) aliud symbolum Pii III. Roman. Pontif. felicitis recordationis reperio, quo, adhuc magis ad nostri intentum alludens, manum formavit, simul oleæ ramum, ac flagellum gestantem, cum lemmate, Pæna, & præmium, quasi his duobus se subditos gubernaturum indicaret, & ab illis sciscitaretur, utram vellent sortem promereri (l)?

20 A quo non longè abfuit illud Francisci I. Galliarum Regis Christianissimi, qui, ut idem prodit Strada (m), Salamandram mediis flammis incumbentem gestabat, cum his literis, Nutrisco, & extinguo: quibus, ut ait D. Joann. Horoscus (n), significare voluit, sibi, sicut igni, & nutriendi, & extinguedi, hoc est, præmiandi, & puniendi voluntatem facultatemque esse. Quod tamen ipse Horoscus non satis probat, quia falsum est, (licèt communiter traditum) Salamandram igni nutriri, licèt illum aliquatenus sufferat, ut Aristoteles (o), & alii (p) verius literis tradunt.

21 Noster novissimus Saavedra (q), docere intendens, quanta sit vis præmiorum, etiam in se parum ponderis, præter vulgi opinionem, habentium, ad hominum animos ad præclara quæque facinora permovendos, torquem prætexuit, ex quo D. Jacobi gladius, Gentilitiæ apud Nos nobilitas stemma, dependet, cum hac inscriptione, Præmium virtutis, in cujus commentatione, & in alio, quo montem pingit, aquas scaturientem, cum hac, Quæ tribuunt, tribuit, plura documenta circa honorum, & præmiorum distributionem doctè & prudenter congressit (r).

22 Nos verò, nihil aliorum adinventionibus detrahentes, & uberes fructus, quos Reges, ac Principes ex eadem, opportunè, & justè merentibus, pro meritis facta, colligere possunt, denotare volentes, hunc quem cernis fontem, suis rivulis prata irrigantem, omniaque affatim vernantem, florereque facientem, spectandum, atque imitandum proponimus, Regiumque hoc dogma à Rege nostro Alphonso X. qui Sapientis nomen promeruit, mutuamur, qui in quadam ex suis (s) legibus, cujus

(d) Paschal. de Coron. & in tract. de legato, cap. 87. (e) Juven. satyr. 16. (f) D. Chrysol. serm. 118. (g) Boissard. Embl. 7. cap. 15. (h) Achil. Boch. symb. 16. pag. 38. (i) Strad. in symb. pag. 11. (k) Petrasanct. lib. 6. pag. 220. (l) Camer. centur. 4. Embl. 69. (m) Strad. pag. 38.

(n) Horosc. lib. 3. Embl. 30. fol. 161. (o) Aristot. lib. 5. de hist. anim. cap. 19. (p) D. Thom. in 4. metheor. Alber. Magn. lib. 25. de animal. (q) Saaved. Empr. 23. pag. 154. vid. Euseb. in Theopol. pag. 535. (r) Idem Empr. 40. pag. 266. vide etiam ad hoc Euseb. in Theopol. pag. 531. (s) L. 3. tit. 10. part. 2.

jus jam suprâ (t) in alio proposito memini, Aristotelis vestigiis inhærens, Regnum horto simile facit, cujus Dominus Rex est, subditi arbores, judices, & alii officiales laboratores, leges vallum & sepimentum, & postea sic inquit. Et otrosi, segund esta razon dixo, que debe el Rei facer en su Reino, primeramente haciendo bien à cada uno, segun lo mereciere. Ca esto es asi como la agua, que face crecer todas las cosas, è de si, adelante los buenos, faciendolos bien è honra, è taje los malos del Reino con la espada de la justicia, è arranque los torticeres, echandolos de la tierra, porque no fagan daño en ella, &c.

23 Quo simili nullum potuit aliud aptius excogitari, cum Hesiodus (u) aquam rerum initium staturit, & elementis omnibus antiquiorem, & post Ciceronem (x), & alios (y), valdè ab Ausonia (z) laudetur.

Milesius Thales, aquam qui Principem Rebus creandis dixit.

De qua etiam Divus Isidorus (a) sic eleganter scribit: Aquæ effusæ omnium nascentium in terra causa fiunt, fruges gignunt, arbores, frutices, herbasque producunt, sordes detergunt, peccata abluunt, potam cunctis animalibus tribuunt.

24 Indequè existimare possumus, Salomonem (b), cor Regis, quod in manu Domini esse dixit, quia quocumque voluerit inclinabit illud; aquarum divisionibus comparasse, quasi ejus Pietas, & Beneficentia sit, vel esse debeat, velut fons dulcis aquæ plenissimus, à Deo accipiens instillatas salutare gubernandi rationes, suorumque subditorum animas pluribus muneribus irrigans; & sic ex illis eliciens herbescentem rerum omnium pulcherrimarum, atque optimarum viriditatem, ne alias, si fons hic communis arescat, populus etiam aridus squalidusque reddatur.

25 Cassiodoro (c) quippè benè monente, Beneficia sunt, quæ Regna sublimant, & libertatis Dominus jugiter potest crescere, si sibi subditos studeat ampliare. Quia in ævum vivit, quod Munificentia Principis induserit, nihilque est tam egregium, quàm fecisse felicem, & eò usque præstare, quò se erectus stupeat attingisse. Qui & ipse alibi (d), velut ad nostri Emblematis fontem, & ubertatem ex eo proveniente, respiciens, sic habet: Quis nesciat nostrum esse commodum supplicantis ad questum? Et illud Bonis Principibus crescere, quòd benigna possunt largitate præstare? Hæc sunt enim Regia dona, quod semina sparsa, in segetem coalescunt; in unum coacta, depereunt.

26 Quibus in locis Senecam (e) sequi, vel imitari videtur, qui inquit: Hoc privilegium, inter alia, Regibus à Natura concessum. Nam quodcunque Mortalium fortuna datum velit, eorum ore pronuntiat, & ex eorum responsis letitiæ causas Populi, urbesque concipiunt. Et Latinum Pacatum (f), qui in hoc ipso, majorem Principum fœlicitatem consistere, sic scriptum reliquit: Nulla major est Principis fœlicitas, quàm fecisse fulicem, & intersisse inopiæ, & fortunam vicisse, & dedisse homini novum fatum.

27 Unde est, quòd idem ipse Seneca (g), Beneficium sydus Principem vocat, quod cum recondito linguæ sacræ sermone consonat, eosdem Principes Nebidim nominante, quod Christus Dominus apud Divum Lucam (h) Beneficos exposuit, Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos Benefici vocantur, quasi Benigni, liberales, atque munifici, & Dei in terris imagines, ac vices gerentes, qui secundum plures, ut tradit Joannes Fungerus (i), à Dando nomen accepit, & aded hac nuncupatione gloriatur, ut juxta D. Chrysostomum (k): Licèt multi qui donant, præcipiant ne aliis dicant, ne gratia uni facta, multos excitet petaces: ipse contra clamet, & quæ aliis dat, prædicet, ut aliis rursus petendi à se occasionem præbeat, dando enim majores ostendit divitias, dives in, & super eum invocantes.

28 Quod etiam his verbis expressit Divus Hieronymus (l) Deus semper largitur, semper donator est; non mihi sufficit quod semel dedit, nisi semper det. Peto ut accipiam, & cum accepero rursus peto, avarus sum ad accipiendum Dei beneficia. Nec ille deficit in dando ipsa, nec Ego satior in accipiendo, quanto plus bibo, tanto plus sitio, &c. Et aded certum esse agnoscit Ovidius (m), ut vel in hoc ipso suorum Numinum essentiam, & cultum ipsis tribui solitum doceat, & earum exemplo Reges ad dandum, ac beneficiendum suadeat, sic inquit:

Regia crede mihi res est succurrere lapsis, Ooo

(t) Vide supr. Embl. 66. (u) Hesiod. in Theog. (x) Cicer. de nat. denr. (y) Plut. de plac. Philos. cap. 3. Vitruv. lib. 2. cap. 2. (z) Auson. in Lud. sep. rapient. latè Tiraq. de nobil. c. 31. num. 586. (a) D. Isid. lib. 13. etymol. cap. 12. (b) Proverb. 21. 1. (c) Cassiod. lib. 3. epist. 11.

(d) Idem eod. lib. epist. 29. (e) Senec. jam sup. citat. (f) Pacat. in Paneg. ad Theod. (g) Senec. de Clement. lib. 1. cap. 3. (h) Lucæ 22. 25. (i) Funger. etym. verb. Deus. (k) D. Chrysost. homil. in Genes. (l) D. Hieron. contr. Pelag. (m) Ovid. 2. de Ponto, eleg. 9.

Convenit & tanto quantus es ipse viro
Hoc tecum commune diis, quod utrique rogati,
Supplicibus vestris ferre soletis opem.
Nam quid erit quare solito dignemur honore.
Numina, si demas velle juvare Deos?
Iuppiter oranti surdas si præbeat aures,
Victima pro templo cur cadet alta Jovis, &c.
Utilitas igitur magnos hominesque Deosque
Efficit auxiliis quoque favente suis.

29 Ac proinde rectè videtur docuisse Chilensis Episcopus (n): Tunc Principem populi Dominum esse, cum Beneficus fuerit, & illum à Deo esse, qui liberalis existit. Et doctiss. P. Joan. Anton. Velazquez (o) inquit latèque comprobans Beneficentiam propriam Principum characterem esse, & ut debere se, etiam que sponte tribuunt, existiment.

30 Idemque sentiens Rex noster Alphonsus X. gloriatur, se in suis legibus (p) Septem partitis specialem Titulum de Præmiis, quæ Hispanè dicimus Galardones collocasse, quamvis in aliis juris libris, sive rapsodiis non reperiatur, quasi ostendens, hanc curam, præcisam, & præcipuam in Regibus esse debere, ut nisi in remunerandis benemeritis creverint, nihil se præstitisse putent, ut aliàs in donationibus à quibuslibet Nobilibus factis, summus Pontifex D. Gregorius (q) scripsit, & de Imperiali liberalitate loquens Imperator Justinianus (r), inquit: Oportere eam culmen habere præcipuum, & optimam mensuram esse donatarum rerum immensitatem; & ante eum Sallustius (s) docens, Minus flagitiosum esse Principem armis, quam munificentia vinci. Seneca (t) in epistola ad Opium, scribens: Melius beneficiis Imperium custodiri, quam armis.

31 Quia ut Sapiens ait Coriphæus Græcorum Oratorum Isocrates (u) Tutissima Regum custodia non turribus, propugnaculis, menibus, satellitibus, aut armis continetur, sed amicorum præsidio, cibium benevolentia, propriaque virtute, quibus quidem opibus Regna & Imperia non modò seruari, verumetiam in dies augeri, atque propagari.

32 Et hoc est, quod latè Ego (x), post Tiraquellum, & alios plurimos, alibi dixi, ejusmodi nempe Principum largitiones fræno non subjacere, & plenissimè, accumulativè præstandas, accipiendasque esse, rejecta Mathæi de Afflictis, Pineli, atque aliorum sententia, qui de rigore juris Principes ad eas faciendas non teneri, ausi sunt affirmare, ea ducti ratione, quòd subditi ac vassalli hæc servitia, ut & similia obsequia, suis dominis debeant exhibere. Certius est namque, nihil esse, quod magis ad Regum officium pertineat, quam in his remunerationibus se valde liberales ostendere, & non solum juxta servitii meritum acriter, & strictè eas compensare, atque arbitrari, ut in pluribus juris communis (y), & Regii nostri (z) locis habetur, & plenè Menochius (a), & alii (b) passim scribunt; verum & ultra illius ponderationem, præmiorum trutinam onerare.

33 Quia (ut præclare inquit (c) Cassiodorus) Majora nos decet dare, quam ab accipientibus accepisse videamur. Hæc æqualitas æquitas non est; sed pars nostra justissimè pensat, cum reddendo plus fuerit onerata. Et rursus (d): Non præjudicat juri publico personalis exceptio: quia beneficentiam esse Principem licet, nec intra regulas constituti potest munificentia Regalis arctari. Ira levis coerceatur gravissimis institutis, impatiens ambitio jure frenetur; Clementia non habet legem, nec debet sub angustis terminis benigna sequi, quem decet jure laudari. Quam etiam sententiam eleganter sequens, & exprimens Carolus Scribanus (e), post alia quæ doctè & prudenter ad Principum liberalitatem excitandam scripsit, sic habet: Danda verò in primis opera Regi, ne beneficiis vincatur. Turpe Regem beneficiis vinci, Regiisque ditare magis, quam ditescere & magis addere, quam adimere, &c. Et iterum (f) & magis adhuc ad nostrum intentum: Et verò nullius amore & benevolentia Principem vinci, omnes vincere, nihilque irremuneratum transire, proximum Deo est, & habet aliquid in se divinum nolle beneficentia, aut liberalitate vinci, obstrictosque omnes beneficentia te-

(n) Chilens. Episc. in lib. Jud. pag. 328. & 374.
(o) P. Velazq. de opt. Princ. lib. 3. ann. 14. & sequ.
(p) L. 3. in fin. tit. 1. pag. 1. juncto tit. 27. de los galardones, p. 2.
(q) D. Gregor. lib. 12. epist. 7. relatus in cap. 1. de donatione.
(r) L. cum multa, ff. de bon. que liber. Auth. de non alien. reb. Eccles. §. 2.
(s) Sallust. in Jugurth.
(t) Senec. epist. ad Op.
(u) Isocrat. ad Nicocl.

(x) Ego 2. tom. lib. 2. cap. 10. ex num. 61. & cap. 30. ex num. 20.
(y) L. Atilius, de donat. cap. cum in officiis, ubi DD. de testam.
(z) L. 2. & fin. tit. 27. p. 2. ubi Gregor.
(a) Menoch. casu 88. ex num. 51.
(b) Valenz. cons. 82. Ego d. cap. 30. ex num. 21.
(c) Cassiod. lib. 1. epist. 36.
(d) Idem lib. 2. epist. 30.
(e) Scrib. in pol. lib. 1. cap. 5. pag. 49.
(f) Idem cap. 12. pag. 105.

tenere, nulli esse. Et ultronea etiam beneficentia fortunare plurimos, beareque irrogatis beneficiis. Hinc quisquis verè Princeps est, Deum sequutus, obsequium omne, non ut ex pari inter pares, sed dupla semper remuneratione reponet, ut nihil ulli debeat, sed Principi. etiam post obsequia debeat, quisquis illa præstitit, &c.

34 Quod etiam à privatis, summo studio curari debere Cicero (g) tradidit, inquit, debere agros fertiles imitari, qui multo plus reddunt, quam acceperunt. Et Alexander ab Alexandro (h) graviter docuit, ad hoc Gratiarum picturam expendens, & post alia sic notabiliter inquit: Nec tantum eadem mensura, sed multo majori, si potest, beneficium remunerari, & bene cumulatam gratiam referre decet, nec vocare ad calculos expensorum, & acceptorum. Ideò non immeritò Gratiarum, unam aversam, duasque nos aspicientes, Veteres effinxere, quia geminata Gratia, & cumulata ad nos redire debet.

35 Et in hoc inquit Cælius Rodiginus (i), summum fastigium facinorum Alexandri Magni constitisse, & de Pyrrho Epirotarum Rege, tradit Plutarchus (k), quòd erat Valde alacris & promptus ad rependum gratiam. Et Antonius Panormitanus (l), Alphonsum I. Aragoniæ Regem ex eo etiam multum extollit, quòd A nemine unquam gratitudine & officio se vinci passus fuerit. Quod etiam nobili Apophthegmate significare voluit, Ludovicus XI. Galliarum Rex, dum, Cominæo (m) testante, dicere solitus erat: Feliciter agi, sua quidem sententia, cum eo, cui nullo suo magno merito Princeps benefacit: & ut quid beneficium sit obstrictus Principi id multo præstare, quam ut Princeps clienti, aut famulo alicui suo multum debeat. Eoque se ingenio esse, ut qui sibi ob aliquam beneficentiam deberent, eos plus diligeret, quam alios, quibus debere se aliquid ipse putaret.

36 Extat quoque apud Guntherum (n) notabile Friderici I. Imperatoris exemplum, qui in plebejum quemdam, qui singulari certamine inermis fortissimum armatum hostem superavit, ad eò magnos honores deferre voluit, ut vel ipsum eos accipere puduerit, his relatum carminibus:

Cui Rex ob facinus præclarum, præmia laudis
Digna referre volens, titulos, & nomen equestre,
Armaque, cornipidesque feros, cultusque nitentes,
Largiturus erat: pudit consurgere tantum
Plebejum, generisque sui transcendere fines,
Et sub fortuna potius remanere priori
Credidit, acceptis largis à Principe donis.

37 Et non est silentio prætereundus Jamblicus (o), qui eandem Principum in suis largitionibus liberalitatem etiam cum excessu, sic eleganter commendat: Inter omnia Principum opera plurimi facio, & admiror magnanimitatem, & magnificentiam, & maxime cum benemerendo de hominibus, non exactis, & avaris rationibus utuntur, neque parant in largitionibus, nec tanquam in lance, ac trutinâ equalia pro equalibus commutant; sed gratias ingenuè proferunt, non tantum ex vase fundentes illas (ut Poeta canunt) nec aliis hujusmodi organis inclusas, sed nudas, intactas, & sine velamento externis continas, sibi que coherentes benigniter, ac benevolè porrigit, ut decet, & gratiosum est. Hujusmodi enim gratiarum decus meritò Coronam Imperii appellaverim.

38 Possemque sexcenta alia exempla aliorum Principum in ejusmodi remunerationibus valde excedentium, facili negotio congerere, quæ apud Tiraquellum (p), Riminaldum (q), Cochierum, Beyerlinchium (r), & alios (s) reperiuntur. Sed sufficiant pro omnibus, quæ de Augusta Familia Austriaca, & Hispana Monarchia Tiberius Decianus (t) & Adan Contzen (u) lato sermone recensent, in nullis aliis usquam, hanc curam remunerandi benemeritos, & effundendi opes, ad subditos ad præclara quæque excitandos, magis vuisse, & splenduisse, tradentes, & ex adverso Turcas, sive Othomanides reprobantes, qui nulla virtuti præmia rependere norunt: sed inscitia, pauperie, & servitio tot populos præmuat. Cum Principum proprium sit, & esse debeat, ut parva, ac modica se concedere putent, etiam si multa magnaque largiantur, ut aliàs signanter dixit Accursius (x), loquens de quadam donatione Ecclesiæ à Comitissa Matilda multorum terræ juperum facta, quam ipsa nihilominus in suo testamento modicam appellavit.

Un-
Ooo 2

(g) Cicero. lib. 1. offic. Scriban. in polit. Christ. lib. 2. cap. 3. pag. 105.
(h) Alex. 5. gen. cap. 1.
(i) Rhodig. lib. 7. cap. 28.
(k) Plutarch. in vita Pyrrhi.
(l) Panorm. de dict. & fact. Alf. lib. 1.
(m) Comin. lib. 5. pag. mibi 450. & seq.
(n) Gunther. in Ligur. lib. 2. ex v. 602.
(o) Jamblic. in epist. ad Diocletium.
(p) Tiraq. de nobil. cap. 37. ex n. 44. in l. si unquam

verb. Donatione, ex num. 8.
(q) Rimin. §. 1. de donat. ex num. 1220. Ego d. cap. 30. ex num. 36.
(r) Beyerlinch. in Theatr. verbo Premium, & verb. Liberalitas.
(s) Canonh. in Aphor. polit. tom. 1. pag. 778.
(t) Decian. resp. 25. ex num. 60. vol. 2.
(u) Contzen. 1. polit. cap. 16.
(x) Accurs. in leg. sed et si, §. pen. verb. Modica, D. de judic.

39 Unde merò ab eisdem & aliis Auctoribus passim, concluditur, nullas donationes à Principibus factas, p̄sertim in remunerationem servitorum immensas videri debere. Et Contzen (y) docet, Principum non minorem errorem esse, bene merentibus nullam, aut malam gratiam reddere. Et Joanes Bodinus (z), Principem instruens, quo pacto se gerere debeat, inter multa alia præcòta, quæ ad Imperium retinendum utilissima tradi possunt, nihil tan necessarium esse inquit. *Quam ut illum omnes, quantum fieri poterit, amore, ac benevolentia, nullis odio prosequatur. Illud autem omnium optimè consequetur, si p̄ne, ac præmia pro meritis cujusque decreta sint. Et noniam gratiosissima sunt præmia, p̄ne verò odiosissima, Principem oportet, ut ametur, & colatur, omnia præmia tribuere, Magistratus inquam, Imperia, Sacerdotia, curatio- nes, munera, beneficia, restitutiones; penam verò irrogare nemini, sed magistratibus integerrimis, ac prudentissimis remittere penarum irrogationem, &c.*

40 Quod ultimum, nempe, ut Principes sibi præmiorum distributionem reservent, & penalia, Præterque odiosa judia per alios exerceant, communiter etiam ab aliis Politicis præcipi solet. Præterquam verò, quod in eisdem largam & uberem præmiorum compensationem requirit, ita latè & famum verò, quod in eisdem largam & uberem præmiorum compensationem requirit, ita latè & famum vorabiliter ampliari debere, omnes uno ore proclamant, ut non solùm primam eorum largitionem, verùm & conserationem, & incrementum, etiam in posterum, curare teneantur, sibi que injuriam fieri censeat, si quis quolibet modo ipsorum liberalitates imminuat, vel astuta interpreta- tione defraudet.

41 Nam ut eleganter, etiam de privatis loquens, Seneca (a) tradit, *Parum est dedisse, fo- venda sunt beneficia, & cui initio ratio non fuisset præstandi beneficii, aliquid ei præstamus, ob id quia præstitimus. Cui adridet illud Martialis (b),*

Nam stare, aut crescere debent
Munera.

Et Plinii Juniori (c): *Beneficia subvertas antiquiora, nisi illa posterioribus cumules; & speciatim de Principibus loquens Cassiodorus (d), sub Regis Theodorici persona, sic inquit: Nec tamen benignitas nostrana remuneratione contenta, honores geminat, augmenta procurat, & eo studio dona reparat, quasi debeat omne quod præstat. Et iterum (e): Anamus nostra beneficia geminare, nec se- mel præstat largas collata fastidium, magisque nos provocant ad frequens premium, qui initia nostre gratiæ suscipere meruerunt. Novis enim judicium impenditur, favor autem semel præstitus exhibetur. Et rursus (f): Mutuari certè non debet, quod laborantibus datur; sed à quo fidelis actus exigitur, compensatio immunita præstetur. Providete itaque, ut quod benemeritis impendimus, in corrupto mu- nere consequantur.*

42 Cum quo loco consonat Imperator Anasthasius (g), qui per absurdum, perque temera- rium esse inquit, liberalitatem Imperialis Pietatis, astuta interpretatione, non in augmentum an- teriorum privilegiorum, sed diminutionem convertere. Et celebris doctrina Rotæ (h), & aliorum, quos Menochius (i) refert, & sequitur, qui valdè conforme intentioni, & voluntati Principis, qui dignitatem concessit, esse inquit, quod illi perpetuò assistant ejus prærogativæ, & honores. Et alia non minùs elebris, & nota digna cujusdam Glossæ (k) Juris-Canonici, quæ infames eos esse inquit, qui Reges Imperialesvè largitiones & favores interciperent.

43 Quibus Ego (l) signanter adjicio, hoc apud Hispanos & Gallos, vel ipsum nomen *Galar- don*, sive *Quiardon*, quo hæc præmia significantur, satis ostendere, cum secundum D. Sebas- tianum à Covarrvias (m), utrumque nomen à verbo *Gardare* originem trahat, quod in utraque lin- gua, conservat, defendere, ac protegere valet, & semel concessum beneficium sartum tectumque tueri.

44 Et ex his descendit, ejusmodi Regias largitiones in remunerationem servitorum factas, non tantùm temporales, & personales esse debere (maximè si ipsa servitia perpetuam causam ha- bent) sed realia etiam, atque perpetua, ut alibi (n) latè probavi. Simulque etiam valdè commen- dari, ac laudri debere Potentissimi Regis, ad Domini nostri Philippi IV. quem Deus sospitet, nuperum piissimum, prudentissimumque decretum, quo aboleri, & ab Aula & Praxi exulare jus- sit Regestum, quod præcedentibus annis introduci cœperat, in quo omnes omninò gratiæ, ac li- beralitates, in quolibet privatum à Regia Majestate concessæ, literis memoriæque mandabantur,

(y) Contz. *polit. cap. 8. §. 1. in fin.*
(z) Bodin. *lib. 4. de Repub. cap. 6.*
(a) Senec. *lib. 4. de benef. cap.*
(b) Martial. *l. 9. epigr. 71.*
(c) Plin. *Juni. lib. 1. epist. 4.*
(d) Cassiod. *l. 1. epist. 12.*
(e) Idem *lib. 1. epist. 2.*
(f) Idem *lib. 1. epist. 10.*

(g) *L. fin. vers. Cum per absurdum. C. de præp. ag. in reb.*
(h) Rot. sac. *Palac. decir. 70. num. 4.*
(i) Menoch. *lib. 3. præst. 103.*
(k) *Glos. in cap. olim. verb. Aliter, de verb. signif.*
(l) Ego *in polit. pag. 223. col. 2.*
(m) Covarr. *in Thesaur. verb. Galardon, fol. 422.*
(n) Ego *d. 2. tom. lib. 2. cap.*

neque antè quis, eisdem, quovis tempore, qualibetque ratione donatus, ad alias denuò petendas admittebatur, quam ex dicto Regesto de prius impetratis, testimonium authenticum exhiberet, ut ita constare posset, an sufficienter remuneratus existeret. Hoc enim, ex supra relatis, Regiæ dignitati, ac conditioni dedecens visum fuit, quæ hanc (ut diximus) trutinam respuit, & tunc magis suum munus exercet, cum antiquiora beneficia posterioribus cumulat.

45 Ac planè longè Regularis esset, quòd Principes, ad Romanorum similitudinem, libros alios, sive laterculos, aut matriculas formari juberent, in quibus curiosi, aut stationarii, ad hoc deputati, adnotarent, quid quisquam ex subditis quovis loco, ac tempore, laude, & remunera- tione dignum egisset, ut ipsi Reges, ac Principes eisdem assidue perlectis, illorum promptam notitiam habere possent, & vel secum (etiam partibus non petentibus) attentè dispicerent, an eos- dem aliqua competenti largitione donassent. Quos libros *Matrices Beneficiariorum*, & *Curiosorum* Tertullianus (o) appellat, & de eis ibidem Pamelius, & Cerda, aliique, quos alibi (p) retuli, plura notantur.

46 Et per similem alium Assuerus, Persarum Rex, licèt centum viginti septem provinciis dominaretur, in cognitionem, & memoriam servitorum Mardochæi devenit, illumque plurimis honoribus decoravit, valdè dolens, se id multò antè non fecisse, ut in libro Esther Sacra Scrip- tura (q) commemorat: quod factum commendans, & illustrans elegantissimus Carolus Scribanus, (r) Reges monet: *Ut Assuerum velint imitari, ut Mardochæos inveniant.* Sic quoque Imperator Alexander Severus, teste Lampridio (s): *Descriptum habebat quid cui præstitisset, & si quis sci- ret, vel nihil petisse, vel non multum, unde sumptus suos auferent, vocabat eos, & dicebat: quid est cur nihil petis? an me tibi vis fieri debitorem? pete ne privatus de me queraris.*

47 Vespasianus etiam, Panormitano (t) tradente, diem periisse dicebat, quo nullum benefi- cium in aliquem collocasset. Et Jacobus Bornitius (u), qui integrum tractatum de Præmiis scrip- sit, alios Politicos citat, qui ejusmodi Catalogum benemeritorum, Principes ante oculos habere debere, commonefaciunt. Cui addo Rebuffum (x), qui connumeratis officiis, quæ hodie in Gallia venduntur, inquit, uam vacare, quod reliquis præstantius, & necessarius est, nempe, quod Antiquis *Memoriale*, sive à *Memoria* vocabatur. *Hi enim* (inquit) *conscribebant eos, qui vel scien- tia bello, aut alibi, pulchre, ac cum laude se gessissent, eosque Imperatori commemorabant, ut ex hoc præmiis digni afficerentur. Sed hodie ii, qui præclara gesserunt facinora, continentur, & quidem stolidi multoties evolvuntur. Excitetur cum effectu hoc officium, & omnia se bene ha- bebunt.*

48 Et secundùm quosdam Politicos (y), sibi persuasum omnes cordati Principes habere debent, prudentissimum illud Xenophontis (z) consilium, docentis, *Nullam mercem vilius Regibus constare, quàm eam, quæ spe præmiorum à subditis emittitur.* Maximè cum multoties, (ut bene noster Saavedra (a) considerat) absque ulla Regii ærarii diminutione ea præstare possint & soleant, honorum quibusdam titulis, aut insigniis excogitatis, quæ subditis auro, atque argento pretiosiora sint, ut Romanis in more fuisse comperimus, apud quos, Seneca (b), præter alios, testan- te: *Imperator aliquando torquibus, murali, & civica donat: quid habet per se corona pretiosum, quid prætexta, quid fasces, quid tribunal & currus? Nihil horum honor est, sed honoris insigne.* Unde Arminius apud Tacitum (c) videns Flavium fratrem, qui Romanorum castra sequebatur, in præmium oculi inter pugnandum amissi, torque & corona donatum. *Vilia tanti servitii præmia irrisisse, narratur.*

49 Quibus exemplis similia alia aliarum nationum latissimè Bornitius (d), Paschalius (e), & novissimus Hoppingus (f) congerunt, & expendunt. Et Henricus Kicsius, qui peculiarem trac- tum de *jure aurcorum annullorum* scripsit. Sed nulla ullibi illustriora notari possunt, quàm quæ nostra Hispania jam pridem in Militarium Ordinum torquibus & insignibus in usum deduxit, de quorum origine & institutis Aubertus Miræus (g) præter plures alios scripsit. Quorum ad- piscendorum gratia nihil præclarum est, quod tam belli, quàm togæ homines non aggre- dian- tur.

50 Ideòque prudenter idem Saavedra (h) subjungit, valdè Reges nostros in eis elargiendis par- cos & attentos esse debere: *Ne honor cui debent excellentiora committi sui facilitate, aut numero-*


(o) Tertull. *in lib. de fuga, ubi Pamel. & Cerda.*
(p) Ego *d. 2. tom. lib. 2. cap. 7. ex num. 35. post Tur- neb. Ravard. Pancit. & alios.*
(q) Esther *cap. 6.*
(r) Scrib. *in polit. Christ. lib. 2. cap. 3. pag. 105.*
(s) Lamprid. *in Alex. Sever. cap.*
(t) Panorin. *de diët. Alfons. lib. 2. cap. 16.*
(u) Bornit. *lib. 1. de præm. cap. 4. pag. 42.*
(x) Rebuff. *ad leg. Gallic. tit. de mercat. gl. 14. pag. 450.*
(y) Marq. *in gubern. Christ. lib. 2. cap. 3. §. 2. pag. 16.*

Saavedr. *Empr. 58. ex pag. 425.*
(z) Xenoph. *in Tyrann.*
(a) Saavedr. *ubi sup. & iterum Empr. 23. ex pag. 155.*
(b) Senec. *de benef. lib. 1.*
(c) Tacit. *lib. 2. Ann.*
(d) Bornit. *in tract. de præm.*
(e) Pasch. *de Coronis.*
(f) Hopping. *in tract. de jur. insign.*
(g) Miræus *in tract. de orig. Equest. Ord.*
(h) Saavedr. *ubi suprà.*

478
 sitate vilescat ut alibi Leo Pontifex (i) dixit; & Divus Hieronymus (k) sic ad Pamachium scribens
 Quamvis clarus bonus vilescit in turba, & apud viros bonos indignior fit ipsa dignitas, quam mul-
 ti indigni possident. Quod in causa fuit, ut ille alter Equestris nobilissimus Ordo, qui dictus fuit
 De la Vanda, à Dom. Rege Alphonso XI. institutus, & suis initiis plurimi habitus, cuius consti-
 tutiones Episcopus Mondogniensis latè recenset (l), brevi tempore interciderit, & in usu esse de-
 tierit, ut refert Salazar de Mendoza (m), parilem casum in reliquis, nisi cautius procedatur his acriter
 reprehendentis, & benignitatem benignitate tolli doceatis. Refert enim (inquit) cui, quando, qua
 re, ubi donetur, sine quibus facti ratio non constat. Unde & Democritus apud Maximum Tyrium,
 (p), cum cerneret quemdam, quibuslibet prompte, ac inconsideratè largientem: Malè (inquit) sit
 tibi, qui gratias virgines, effecisti meretrices. Et Rex noster Alphonso Sapiens (q), id ipsum
 agnoscens, sic habet: Mui bien està la liberalidad à todo ome poderoso, è señaladamente al Rei,
 quando usa de ella en tiempo que conviene, è como debe. Ca el que da mas de lo que puede, no es
 franco, mas es gastador, è demas avrà por fuerza à tomar lo ageno, quando lo suyo non le cumpliere.
 E si de la una parte ganare amigos por lo que les diere, de la otra serleban enemigos à quien lo
 tomare.

51 Sed hæc tamen omnia, quæ de Regum in subditos liberalitate, & munificencia hucusque
 adeò lato sermone retulimus, ita accipi volumus, ut profusionis, & prodigalitatis vitium, quod
 prædictæ virtuti opponi, & officere solet, nequaquam probare videamur. Hoc enim Seneca (n)
 prædictæ virtuti opponi, & officere solet, nequaquam probare videamur. Hoc enim Seneca (n)
 præceptis, & aliis, quæ bene congressit Lipsius (o), repugnat, id vel in Alexandro Magno acriter
 reprehendentis, & benignitatem benignitate tolli doceatis. Refert enim (inquit) cui, quando, qua
 re, ubi donetur, sine quibus facti ratio non constat. Unde & Democritus apud Maximum Tyrium,
 (p), cum cerneret quemdam, quibuslibet prompte, ac inconsideratè largientem: Malè (inquit) sit
 tibi, qui gratias virgines, effecisti meretrices. Et Rex noster Alphonso Sapiens (q), id ipsum
 agnoscens, sic habet: Mui bien està la liberalidad à todo ome poderoso, è señaladamente al Rei,
 quando usa de ella en tiempo que conviene, è como debe. Ca el que da mas de lo que puede, no es
 franco, mas es gastador, è demas avrà por fuerza à tomar lo ageno, quando lo suyo non le cumpliere.
 E si de la una parte ganare amigos por lo que les diere, de la otra serleban enemigos à quien lo
 tomare.

52 Sicut & illa distributio, quæ uni, vel paucis præstat, quod per plures divisum, eosdem
 remuneratos, ac beatos efficere potuisset, & ob unius, vel alterius compendium ceterorum dis-
 pendium inducit. Quem minùs prudentem excessum pluribus symbolis, & honorum Auctorum to-
 cis Bochius (r), Horoscus (s), Navarretus (t), Camerarius (u), & novissimus Bernegerus (x), &
 Saavedra (y) notarunt, & Zuërius Buxhonius in Emblemate 3. Nec semel, nec simul, & Ego ali-
 bi (z) latè prosequutus sum, Indiarum proreges instruens, qualiter se in hujusmodi honorum, &
 præmiorum remuneratione habere debeant, & inter alia celebrem Juris-Canonici locum expendens,
 qui docet, qualiter custos Ecclesiæ, in ejus lampadibus accendendis, se habere debeat, ubi glos-
 sa singulariter notat: Quod ita exceditur modus in eo, quod est amplius, sicut in eo quod est minus.
 Quibus nihil est, quod nunc signanter addere possim, nisi locum Salviani (a), ita loquentis: Ubi unus
 accipit, quod universi, & si par est mensura, major invidia est. Quo fit ut licet ipsum accipiat,
 plus debere videatur. Quia magis fit unus obnoxius, qui videtur omnibus comparatus.



EM-
 (i) Leo Pap. in cap. 1. de privil.
 (k) D. Hieron. in epist. ad Pamach.
 (l) D. Anton. de Guevar. in epist.
 (m) Salaz. de Mendoz. de dign. Hisp. cap. 4. in princ.
 (n) Senec. lib. 2. de benef. cap. 15. & 16. & lib. 3. cap.
 (o) Lips. lib. 2. polit. cap. 17.
 (p) Max. Tyr. serm. 8.
 (q) L. 18. tit. 5. part. 2.
 (r) Bochius symb. 67. pag. 144.
 (s) Horosc. in Emblem.
 (t) Navarr. disc. 23.
 (u) Camer. 3. subcess. pag. 157. & 169.
 (x) Berneg. ad Tacit. quest. 76.
 (y) Saaved. pag. 154. 273. & 583.
 (z) Ego 2. tom. lib. 2. cap. 7. ex num. 69. cap. 1. ubi
 gloss. de offic. cust.
 (a) Salvian. 2. ad Eccl. Catbol.

SIC DOCTI A POTENTIBUS SUBLIMANDI.



Jam propero captura gradu fastigia vitis,
 Appetit æthereæ culmina Pyramidis:
 Nec renuitt radiatus apex servire lacertis
 Fructiferi rami, dum sua musta levat.
 Non secus Imperii culmen sublatus in altum,
 Doctrinæ vites sustinet, atque fovet.

COMMENTARIUS.

T si in eo quod præcessit Emblemate satis ostenderit, quàm sit, esseque de-
 beat muneris Dominantium, de se ac Republica benemerentes largis premiis af-
 ficere, suaque liberalitate, & benignitate juvare, ut simul hi justam sui laboris
 mercedem accipiant, & alios ad similem promerendam accedant. Adhuc tamen
 operam perdere non videvimur, si hanc curam in favendis fovendisque eruditus
 & literatis hominibus, aliisque bonis artibus præditis:

Quibus arte benigna,
 Et meliori luto finxit præcordia Titan.

Præcipuo studio impendi debere, eisdem Principibus in hoc syntagmate suadeamus.
 Est enim certissimum, nihil esse, quod magis ad ipsorum fastigium gloriamque pertineat,
 quàm earumdem artium professores sub suam protectionem recipere, honoribus decorare, præmiis-
 que competentibus enutrire, & ita sibi & ipsis immortalē, atque immarescentem apud posteros
 laudem famamque comparare. Accendimur quippè omnes ad studia gloria, sive ut loquar cum
 Hadriano Junio (a):

Gloria debetur studiis, atque assecla merces.

Honosque alit artes, ut jam supra ex Cicerone, & aliis retulimus, excelsæque cujusque indolis
 esca præmium est, potentiorumque favor, quem si tollas, paucos reperias, qui tametsi suapte na-
 tura ad studiorum summa nitantur ascendere, se humo tollere possint, & sui ingenii lucem in pro-
 prium, & commune simul bonum diffundere, & propagare.

3 Etenim Tertulliano (b) teste: Nullam certum opus est mercedis incertæ. Et rectè Plinius Ju-
 nior (c), huic nostro monito hærens, scriptum reliquit: Nulli cuiquam tam clarum statim ingenium
 est,

(a) Jun. Embl. 11. ad Sambacum.
 (b) Tertullianus.
 (c) Plin. lib. 6. epist. 23.